

Annon glorificaturus est suo tempore?

Quæso te, annon & minima animalcula & Sol & Luna, Stellæ & quicquid est sub omni cælo, suo modo laudant & celebrant creatorem suum; illæ quidem sonora voce, hæ verò occulta quasi voce mirifica?

Hiscene cedamus? minimè Gentium.

Quod si fecerimus: refulgebit nihilominus Dei sanctitas in omnes terræ fines: sed væ interim nostræ socordix, ingratitude & malignitati; si neque monitis neque minis ad nomen ipsius honorandum flecti potuimus!

Quod si non cesserimus: age tum sanctificantes sanctificabimur ex Christi intercessione. Joh. 17, 17.

DOMINICAL.

Ex Quæst. 123.

PRO REGNI GRATIÆ INCREMENTO supplicemus, ut regno gloriæ potiamur.

TEXTUS Psalm. 143, 10.

Ÿ. 10. Doce me facere placitum tuum, quia tu Deus meus es: tuo spiritu bono deduc me per terram planam.

QUÆST.